

genua deo excelso. Et propheta nichil rēdit. Deinde interrogat si sufficit dō multas elias facere. d. Nunquid offerā deo holocausta pinguiū a vitulos anniculosq; ppheta nichil rēdit. Deinde interrogat si sufficit ad ppetuū dei cultū filiū suū primogenitū; in religione ponere. d. Nunquid dabo primogenitū pro scelere meo fructū ventris mei pro peccatō anime. Et tunc ppheta ad ista tria retrograde rēdit sibi. d. Indicabo tibi o hō quid sit bonū a quid requirit a te deus. Itaq; facere iudiciū. diligere miam. et sollicitate ambulare cū deo tuo. Dic g. Itaq; facere iudiciū. Ac si dicat ppheta Interrogasti an sufficit tibi ad salutē filiū ponere in religione. Et ego dico tibi q nō nisi iudiciū facias de teipō vt si caro tua delicata in peccatis tuis sit iudicē a affligatur in pnie lamentis. nō em esset iustū q tu peccatā faceres a filius tuus peccatēt. Et ideo op; vt carne; tuā iudices: si nō vis a dyabolo iudicari. **Chor. xi.** Si nosm; ipsos iudicarem; a accusare; nō vtq; a dño iudicarem;. Deinde rēdit ad aliā questionē. d. Diligere miam. Ac si dicat. Interrogasti si tibi sufficit multas elias facere: iō dico tibi q nō: nisi eas prius tibi facias a aie tue miam impendas. **Ecclē. xxxij.** Miserere anime tue placens deo aē. Eiusdem xi. Benefac aie tue m; seicors nō em est oueniens vt alteri sit pi;

a sibi ipi; q sic d: in ps Qui diligit iniquitatē odit aiā suā. Deinde rēdit ad aliā qstionem. d. a sollicitate ambulare cū deo tuo. Ac si dicat. Interrogasti an tibi sufficit multas genuflectōes facere. a ego dico tibi q nō nisi per opa bō studeas sollicitus esse. Ille at sollicitus cū deo ambulat qui in sua iuuentute deo seruire incipit. vel qui opa bona seruenter facit. qui de contingētib; nichil omittit. Ad tū. ij. Sollicite curā teipū pbabilem exhibere deo opariū inconfusibile reate tractantē verbū veritatis. Sunt quidā qui pigre a in senectute seipōs curant. ideo dēt sollicitate cura teipm. Alij sunt q; confusibiliter a negligēter opant. iō sōdit. opariū inconfusibile. Alij sūt qui reā quidē dicūt a faciunt: sed nō reate. q; circūstātiā obmittūt iō dēt reate tractantē mae.

**Dominicā. xxiiij.**

**Sermo primus**

**Q**uente Ihu ad turbas. ecce pnceps vn; accessit a adrauit aē. **Mat. x.** Corp; serui dei v; in quaduplici statu. s. qñ ē sanū; infirmū; vel mortuū; vel resuscitatū. Valet em sanū. q; aia mediantē corpore mlta acqrit q sine corpore acqtere nō v;. s. ieiunare. pēginari. martiriū sustinē. V; etiā

ad infirmū qñ. s. ip̄sas infirmita  
tes patienter portat. Juxta illud  
ij. Choz. xij. Libēter gloriabor in  
firmitatib⁹ meis. Valet mortuū.  
qz aia desiderat sibi v̄m̄ia in ip̄o  
remunerari. Vnde clamāt anime  
Apo. Vsq̄quo dñe sc̄is a ver⁹ n̄  
vindicas sanguine z n̄m de h̄is  
qui h̄itant in terra. Valet resusci  
tatu. qz tunc h̄o beatificat⁹ in aia  
in otemplatione diuinitatis. a in  
corpore in visione humanitatis.  
Jo. xi. Ingre dietur a egrediet. a  
pascua iueniet. Ista patet in istis  
duab⁹ mulierib⁹. s. emoroyssa z  
filia archi sinagogi. Nā p̄ma ha  
buit corpus infirmū. qz illa infir  
mitas corp̄is fuit sibi occasio sani  
tatis mentis. Valuit corp⁹ sana  
tum. qz illa sanitas in corp̄e fuit  
ad oseruandū sanitatem in men  
te. Secunda. s. filia archi sinagogi  
habuit corpus mortuū: sed post  
ea resuscitatu. Valuit ḡ sibi mor  
tuum. qz mors illa corp̄alis: fuit  
sibi cā vite sp̄ualis. Valuit resus  
citatu. qz illa resuscitatio fuit sibi  
anime iustificatio. Per has autē  
duas mulieres vnā grauiter infir  
mā a aliā mortuā p̄cōr̄ signatur  
De prima tria dicunt. s. qz grauī i  
firmitate fuit circūdata qz mācu  
lose fuit sanata qz non fuit inḡ  
ta. Infirmitas enim grauīs erat.  
qz. xij. annis fluxū sanguinis pa  
tiebat. Et sic dicitur Ma. v. omnia  
bona sua in medicis erogauerat.  
nec quicq̄ p̄ferat: sed magis de

terius lebat. P̄cōr̄ enim sangui  
nē fluit: qñ de peccato in peccatu  
cadit. Oze. iij. Sanguis sangui  
nem tetigit. Tunc sanguis sang  
uinē tangit: qñ quis de peccato i  
p̄cōr̄ cadit a fluit. Peccator emz  
fluit de mala cogitacōe in delecta  
tionem malā. de delectatione in oſe  
sum. de oſensu in opus. de opere i  
oſuetudinem. de oſuetudine in ne  
cessitate. de necessitate in desperacōe:  
a tunc tanq̄ infirmus nullū vitat  
peccatū. Proū. xvij. Impius cum  
in pfundum p̄cōrum venerit: cō  
temnit. Cris. Sicut infirm⁹ donec  
medicrem h̄z passionem a spat  
posse curari: seruat se a nociuis. si  
autem intellexerit passionē esse  
sibi insanabilem: iam nō parcat  
sibi. Sic a homo donec medicri  
ter peccat a sperat salutem: obser  
uat se a malo. Si autem grauiter  
peccando ceperit desperare: nil iam  
dubitat facere: nesciens miser qz  
sicut in bono gradu sunt gloriaz  
sic in malo gradu sunt penarum.  
Medici autem fallaces qui aiam  
deterius habere faciunt sūt hono  
res. delicie a diuitie. Nāz honores  
promittunt exaltationem a dāt  
subitam deiectionem vel in vita.  
Vnde dicitur Job. xxx. Eleuasti  
me a quasi superuentum ponens  
elisiſti me valde. Vel in morte sal  
tem. Eiusdem vicesimo. Si ascēde  
rit vsq̄ ad celum superbia eius. a  
caput eius nubes tetigerit: quasi  
sterquiliniū fetens perdetur.

diuicie

delicie

Diuicie pmittunt facietate a dāt  
 efuriem. sicut patet in diuicie epu  
 lone qui ad tantam deuenit pau  
 ptatem q̄modi cū aque h̄ie non  
 potuit. Delicie pmittunt delectatio  
 nē a dant amaritudinem. Istud  
 oñt salo. verbo. exemplo a factō.  
 Verbo. prou. vi. Jfa uis distillās  
 labia meretricis. nouissima autē  
 illi amara quasi absinthiu. Exē  
 plo suip̄ph. d. Eccl. iij. Et oia q̄ d  
 siderauerūt oculi mei: nō de nega  
 uis. nec phibui cor meū quin  
 oī voluptate frueretur. Cūq̄ ouer  
 tisset me ad vniuersa opera q̄ fe  
 cerant manū mee vidi in oñibus  
 vanitate a c. Oñt hoc idē factō. Cū  
 em̄ multis vacasset delicijs standē  
 seip̄m exspoliavit: vt dicit iudei.  
 a vsq̄ ad sanguinē se verberat fe  
 cit. Sed ista mulier miraculose  
 fuit sanata per tria. Primo p̄ visu  
 xp̄i. Vnde d̄r. At ih̄s cōuersus vi  
 dit eā. Istavisiō fuit resp̄cis di  
 uine mie quo deus pctōrem resp̄  
 cit. quo etiā resp̄xit p̄ tū peccan  
 tem. vt d̄r Lu. xxij. quo etiā muli  
 erem istā resp̄xit a sanauit. Vide  
 mus ei q̄ sol poros terre penet̄t  
 a aux a lapides preciosos in eius  
 visceribus gnāt. Multo ḡ fo: n̄  
 oculi mie d̄i sup solem lucidiores  
 pfunda pctōrum corda penetrāt  
 Eccl. xxiiij. Oculi d̄m sup solem lu  
 cidiores. multo plus hoīm corda  
 intuentes: absconditas ptes cor  
 dis penetrando generāt aux ḡte  
 a lapidē preciosum mie. Sap. iij.

Grā dei a mi: a est in sc̄s eius a re  
 spectus in elcōs eius. Tantus em̄  
 fulgor de xp̄i facie p̄cedebat q̄ ad  
 se pctōres attraheret. Vnde dicit  
 Ihero. Certe fulgor maiestatis et  
 diuinitatis eius occultus a in hu  
 mana facie relucebat. ex quo pec  
 catores ad se trahere poterāt aspe  
 ctu. Secundo fuit sanata per ver  
 bum xp̄isti q̄n dixit. fide tua sal  
 uam te fecit. ps̄. Dabit voci sue  
 vocem virtutis. Pectus quidē xp̄i  
 fuit apoteca omnium carismatū  
 a ideo verba que inde p̄cedebant  
 erant medicinaria a sanatia. Sa  
 pien. xvi. Neq̄ herba. neq̄ mala  
 gma sanauit illos: sed sermo tu  
 us domine: qui sanat omnia. Est  
 enim xp̄istus lignu vite. vt dicit  
 tur Apo calip. xij. cuius folia a ver  
 ba sunt a d sanitate generatia  
 Tercio sanata fuit p̄ tactum xp̄is  
 q̄n tetigit simbriā vestimenti ei  
 Lu. vi. Omnis turba que rebar tū  
 tangere. quia virtus de eo exibat.  
 a sanabat omnes. Si enim calami  
 ta tactu attrahit ferrū: multo for  
 tius quando xp̄istus per fidē a de  
 uotionem tangitur: trahit ad se  
 omnes ferreas voluntates. Ihero  
 nimus. Si in magnete lapide vir  
 tus esse dicitur vt anulos a festu  
 cas sibi copulet: quanto maḡ do  
 minus omnium creatura cū ad se  
 trahere poterat quos volebat.  
 Tercio hec mulier sanatori suo n̄  
 fuit inḡta. Eusebins em̄ d̄t in his.  
 scolastica: q̄ mulier emorro yssa.

no.

et al

postquam a pluvio sanguinis fuit  
sanata fecit in celsa a philippi  
de oriunda fuit statuam in curia su  
a ad imaginem christi cum simbrijs ve  
stimenti put videbat christum habere  
et ipsam imaginem deuotissime ad  
orabat. fecit etiam imaginem suip  
sius stantem ante imaginem christi ge  
bus flexis et manibus cancellatis.  
Et dicit ibidem quod ante statuam christi que  
da herbe crescebat: que cum prius  
huius essent virtutis postquam sim  
briam christi tetigerunt tante virtutis e  
rant quod omnes infirmitates cura  
bat. dicit Hieronymus in his scolast. quod  
iulianus apostata imaginem christi re  
mouit et suam ibidem collocavit. que  
tamen postea ictu fulguris comminuta  
fuit. Per puellam ergo mortuam signat  
peccatorem de qua tria dicuntur. scilicet quod plo  
rabat mortuam quod manu dei fuit re  
suscitata et post resurrectionem fuit  
nutrita. Primo quod mortua plo  
rabat. Unde dicit Lucas viii. flebant  
omnes et plangebant illam. Eodem  
modo peccator plangi debet ab omni  
bus. Primo non plangitur a deo.  
Michae vii. Veni quia factus sum  
sic qui colligit racemos in autum  
no. Dolet enim christus quod dyabolus col  
ligit omnes magnates in angulum  
diaboli ipse vix potest habere puos. *Psalmus*  
Deu consolabor super hostibus meis  
et vindicabor de inimicis meis. Glo.  
More patris patris eos licet inimicos  
plangit et percutit. Secundo plora  
tur ab angelis. Sic enim angeli gau  
dent in peccatorum conversione. sic do

*Quid est puella  
resuscitata?*

lent de eorum pernicitate. *Psalmus*  
xxxiiij. Ecce videtes angeli clamant  
foris. angeli pacis amare flebunt.  
Tercio plorandus est a seipso.  
Iherem. vi. Luctum vngenti facti  
bi planctum amarum. Michae i. fa  
ciens planctum quasi draconum  
luctum velut strutionum. Draco pla  
git: quoniam elephas caput suum de  
rit. strutio ululat: quoniam oua perdit.  
Debet ergo peccator flere: quoniam dyabo  
lus caput suum et christum in eo extu  
rit. et quod perdidit oua et merita sua.  
Quarto flendus est a quolibet christi  
ano. Ecce. vii. Luctus mortui sep  
tem dies. fatui autem et impij omni  
bus diebus vite ipso. Augusti.  
Sunt ne in te viscera misericordie  
qui plangis corpus a quo recessit  
anima. et non plangis animam a qua  
recessit deus. Secundo ista puella  
fuit a christo resuscitata et hoc manu  
eius tangendo et eleuando. Manus  
enim dei quinque digitos habet. Pri  
mus est potentia dei. Iste est pol  
lex. secundus est sapientia dei: iste  
est index. tertius est gratia dei: iste est  
medius. quartus est caritas: iste  
est medicus. Caritas enim dei ap  
paruit in christi passione que est medi  
cina omnium peccatorum. Quintus est mi  
sericordia dei. iste est auricularis  
quod per penitentiam peccata purgant. Pec  
cator autem infirmus ideo indiget  
potentia dei que ipsum facit fortem ad  
resurgendum. *Philippi. iij.* Omnia possum  
in eo qui me confortat. Est cecus. id  
indiget sapientia que viam sibi demorat

Ps. Deduxi eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitacionis. Est etiā dei inimicus. idē indiget grā dei que ip̄m reconciliat a sanet. Eplē. ij. Cuius grā saluati estis ac. Est vulneratus. idēo indiget caritate a dei medicina q̄ fuit in xp̄is t̄ passione. Eccle. xxxvij. Altissim⁹ de terra a de carne sua creauit medicinā. Est etiā immund⁹. idēo indiget mīa dei q̄ immundicias peccatorū purget. Proū. xvi. Per misericordiā a fidē purgantur peccā.

3. Tercio ista puella fuit nupta p̄ resurrectionē. Vnde s̄. Mat. v. q̄ iussit illi dare ad manducandū. Postq̄ autem peccō: est resuscitatus indiget pane verbi dei q̄ ip̄m fortificet. Ps̄ Panis cor hoīs confortat. Indiget cibo grē dei qui ip̄m fortificatū delectet. Eccle. xvij. Spiritus me⁹ sup mel dulcis. Indiget vino amoris dei qui ip̄m confortat a delectat; letificet. Ps̄ Vinū letificat cor hoīs. Isto vino hic asperguntur: sed in futuro ip̄m in suo fonte bibetur. Vnde hic humane vite aliquid aspergitur vt in tēptationibus hui⁹ seculi t̄p̄anter fortiter. prudēterq̄ v̄inatur.

**Sermo secundus:**

**Q**onfide filia. fides tua saluum te fecit ac. Sec⁹; Am bro. in li. de sapientissimō salo. Mulier ista fuit martha. de mones expulit de maria. corpus

mortuum rediuiti spiritus calore contraxit in lazaro. Isti ḡ mulier xp̄istus tria verba dixit. Vnum qd̄ fuit maxime familiaritatis. s. filia. Secundum magne securitatis cū dixit. confide. Tercium magne leticie a iocunditatis cum dixit. fides tua saluam te fecit. Ista tria verba dicit xp̄us cuilibet anime fidei. Primū est verbum magne familiaritatis eā filiā noian do. Est enim fidelis anima filia dei triplici iure. Primo p̄pter generationē. Deus. n. ipsam gnauit naturali gnatione. qz ad imaginē a similitudinem suā eam fecit sed istā similitudinem prim⁹ homo d̄ turpauit. Sic. n. massa est viciata a panes a sicut vinum purū si ponitur in vas viciatū corūpitur: sic anima munda creata: in corpore immundo infusa viciatur. Idēo dicitur ephē. ij. Eram⁹ natura filij ire. idēo ipsam animā gnauit de⁹ generatiōe sacramentali que fit in baptismo. Job. ij. Nisi quis natus fuerit denuo: non potest videre regnum dei ac. In ista generatiōe spiritus est loco patris saq̄ loco matris. Verbum loco semis diuini. sed ab ista generatiōe mēti de generant: qui baptismalem innocentia sedant. idē de⁹ ipsam generauit alia gnatione sacramentali que fit per penitentiā. a sicut de⁹ non abijcit a filiatiōe sua illos qui seruant baptismalem innocentiam; sic nec illos qui redeunt

*al. ostendit*

*De baptismo*

per penitentiā: sed tam istos q̄ il  
los generat tandē gnatione spiri  
tuali siue celesti. de qua dicitur gen. xv  
Generatiōne quarta reuertentur  
huc. Beda. Nō nouū debet videri:  
si natus dicat: qui de hac vita mi  
grauit. Sicut enim osuete nascit̄  
cū de vtero matris quis p̄cedens i  
hanc vitam p̄greditur. ita potest  
natus appellari qui solutis vincu  
lis carnis ad lucē sublimat̄ et nā  
(Sed aīa dicitur filia dei p̄pter imitatio  
nē. Non dēmus enī ipsum imitari  
in pot̄. q̄ ineffabilis est. Ps. Quis  
loq̄tur potentias dñi: nec in sapi  
entia. q̄ incōprehensibilis ē. Ps.  
Mirabilis facta est sc̄a tua. sed in  
mīa. q̄ in hac imitabilis est Lu.  
vi. Estote misericordes sicut p̄i q̄  
In futuro autē sc̄a imitabunt deū  
in potentia. Ps. Intreabo in potē  
tias dñi. In sapia. Ps. Existima  
bā vt cognoscere. Hoc labor est  
ante me donec intrem in s̄ctuari  
um dñi a intelligā in nouissimis  
eorū. Non autē oportebit q̄ ip̄s;  
imitetur in mīa: nec quantum ad  
bonos. nec quantum ad malos. q̄  
gaudebunt de dei iusticia. Tercio  
dicitur filia dei p̄pter hereditatis  
successionē. Rom. vi. Si filij a here  
des. hereditas autē transit ad he  
redes cū suo onere Celestis heredi  
tas h̄ annexū onus humilitatis  
a obedientie a aduersitatis. Cū  
isto onere habuit eā xp̄s. Phil.  
iij. Humiliauit seip̄m. Quo ad p̄  
mū fact̄ obediens vsq̄ ad mortē

Quo ad secundū. mortē autē cru  
cis. quo ad terciū. Cū isto onere  
nos eā habere dēmus vt. s. sim?  
humiles. Ma. xvij. Nisi ouerfi fu  
eritis a efficiamini sicut puuli nō  
intrabitis in regnum celoz. Sim?  
mandatis dei obediētes. Eiusdē  
xix. Si vis ad vitam ingredi: sua  
mandata. Simus in aduersitati  
b̄ patientes. Math. v. Beati qui  
persecutione; patiuntur p̄pter  
iusticiam. quoniam ipsorum est  
regnum celorum. Secundum ver  
bum fuit magne securitatis cū di  
cit. Ps. Valde enim de salute no  
stra securi cō possum? ex quo ad  
ostendū sic aiati sum. Ifecit autē  
xp̄s de nr̄a salute nos securos p̄ tri  
a. Primo p̄ iuramentū. q̄ triplex  
nobis iurauit. Primo per se oīpo  
tē. Gen. xx. Per me metipsum  
iurauit d̄ dñs. q̄ benedicens bene  
dicā tibi benedico e. s. gr̄e in presēti  
a glorie in futuro. Sed iurauit p̄  
viventē. Num. xiiij. Vno ego dic  
dñs: implebit̄ gloria dñi vniuer  
sa terra a terra viventū. Qua gl̄i  
a deum tunc implebit̄: q̄ nū sal  
uandoz erit opletus. Tercio iurā  
uit p̄ se veritatem. Ma. xix. Amen  
amen dico vobis q̄ vos q̄ reliqui  
stis oīa a secuti estis me a. Ratiō  
autē quare de istis triplici mō iura  
uit potest assignari. Istō enim tri  
b̄ de causis iuramentum nō ser  
uat. a p̄pter impōm q̄ nō p̄t at  
tendere q̄ iurauit: aut p̄pter mortē  
subitam q̄ n. s. morte p̄uent? nō

Mō. i. d̄  
nento

potest seruari qd iurauit aut ppter  
 fraudulentiā qñ. s. intendit &  
 cipe eum cui iurauit. De 9 autē in  
 ramentū suum nō violat: nec ppter  
 impotentia q. s. op̄s est. iō iur  
 rat p se oipotentez. nec ppter mor  
 tem interpositam. qz ipse est vita  
 ideo iurat per se uidentē. nec ppter  
 aliquā fraudulentiā. qz ipse ē ve  
 ritas: iō iurat p se ueritatē. Veritas  
 est neminē decipere posse. Scdō fe  
 cit nos securos p instrumentum  
 qd scripserūt quatuor euāgeliste  
 .s. p quatuor euāgelia. Tunc autē  
 instrumentū est autenticū qñ ha  
 buit sapientē deāto rem. testes ve  
 races a fidelem notariū. Dictator  
 hoz instrumentoz fuit spūs san  
 ctus. De 4. Spūs scō inspirante lo  
 cuti sunt scī dei. fuit deātor: filius  
 dei qui euāgelia deāuit fuerunt  
 testes. xij. apli. Adū 4. Eratis in te  
 stes in ih̄. Em. Notarij fuerūt qua  
 tuor euāgeliste quoz lingua spi  
 ritus scūs tanq̄ calamo vsus est.  
 Ps̄. Lingua mea sic calamo sc̄rite  
 velociter scribetis. Notarius fidelis  
 fuit marcus qui oia audiuit a pe  
 tro. fuit lucas: qui oia audiuit a  
 paulo in pabifuz raptō. fuit ma  
 theus qui oia audiuit a xp̄o. fuit  
 Jobes qui sapiam hausit a pecto  
 re dñico. Tertio fecit nos securos  
 p pignus. Dedit ei tria pignora  
 Primo corpora sanctorū suorum  
 q̄ apud nos sepulta sunt. Ecclesi.  
 xliij. Corpora sanctorū i pace sepl  
 ta sunt. a uidentē noia eoz metē

num. Vult. n. deus ut ipsa corpora  
 in pignore teneamus: ne sine no  
 bis resurgant. Heb. ix. Vñ omēs  
 testimonio fidei pbati inuenti sūt  
 Nō acceperūt repromissionē: dō ali  
 quid pro nobis melius pudente  
 ne sine nobis cōsumarent. Scdō  
 dedit nobis corpus p̄prium. Ma  
 vltimo Ecce ego vobiscū sum omi  
 bus diebus vsqz ad cōsumatōem  
 seculi a postmodū nobiscū non  
 erit sub forma panis: sed in apta  
 gloria maiestatis. Tertio dedit no  
 bis spiritū sandū Ep̄b. 4. Signati  
 estis spū p̄missionis sando q̄ est  
 pignus hereditatis vestre. Terci  
 um verbū fuit magne iocundita  
 tis cū suā salutem p̄misit. d. fides  
 tua salua te fecit. Merito ista mu  
 lier fuit sanata: qñ omnes virtu  
 tes q̄ erant eā salutis seculi assu  
 p̄sit. .s. verecundiā. fidē. timorez. di  
 lectionē a humilitatē. Verecūdia  
 eius appet in hoc qz non ante fa  
 ciem sed retro accessit. fides in h̄  
 qz dicebat. Si tetigero tantū sim  
 briā vestimenti eius salua ero. Ti  
 mor in eo qz retro stabat. de cuius  
 timore dicitur. Marci. v. Mulier  
 autem timens a tremens ac̄. Dile  
 ctio a fides in hoc qz tetigit. fides  
 cum dilectione deum tangit. Vni  
 litas eius patet in eo qz non epu  
 tauit se dignā tangere pedes. nec  
 in plenitudine vestimenti: sed tan  
 tum simbriam. Iste quinqz virtu  
 tes sunt valde necessarie cuiuslibet p  
 ordinem ad salutē. Nā verecūdia

habet cor peccatoris ad penitentiam disponere. Quia enim statim siue miserie considerat: incipit de seipso erubescere. et de peccato suo dolere. Sicut enim mala verecundia impedit confessionem: sic bona inducit dolorem. Eccle. iij. Est confusio adducens gloriam et gratiam et confusio facit hominem uerti a culpa preterita. Ps. Dixit dominus ad basam uertam quod. Basam enim interpretatur confusio. Liberat a culpa penitentia. Michae. iij. Veniens usque ad babilonem liberabis ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum. Babilonem enim interpretatur confusio. Conseruat a culpa futura. Pbs quidam. Erubescere salubris res est. non tantum est commendabilis verecundia in corde: sed in facie et maxime in adolescente. Ambro. in li. de offi. Sic in se nobis grauitas: in iuuenibus hilaritas: sic in adolescentibus verecundia commendatur. Sic multi sic in malo sunt obfirmati quod nec de peccato preterito volunt penitere: nec de futuro cauere. Contra quos dicit Iher. iij. Fronis mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Sed aduenit fides quae cor sic dispositum habet purificare. Actu. xv. fides purificans corda eorum. fides enim expellit omnem inordinatum timorem uel amorem honorum. deliciarum et diuitiarum. De B. xi. fides moyses grandis effectus negauit se esse filium filie pharaonis. Ecce per fidem contemptus honorum. magis est

gens affligi cum populo dei etc. Ecce contemptus deliciarum. maiores diuitias estimans thesauro egiptiorum improprium christi. ecce contemptus diuitiarum. Tertio aduenit timor qui cor sic dispositum et sic purificatum habet munire: ne ulterius aliquam immundicie ingrediatur. Est enim tanquam speculator qui a longe insidias considerat et uisitat. Eccle. x. Timor super omnia se supponit. Est tanquam ianitor qui contra peccatum ostium clausum habet. Et prou. xv. Per timorem domini deducat omnis homo a malo. Immo sic intrauit: sic statim expellit peccatum. Nam qui sine timore est: non poterit iustificari. Est autem magnum periculum: quoniam timor ianitor non est. Iuxta illud Eccle. xvij. Si uero sine timore domini tenueris te: instans subuertetur domus tua. Iste timor etiam ciues custodit: ne diuisio subiacet. Aug. de ci. di. Scipio noluit cartagine; emulam romanum imperii diuisi. Et discernit ut diuere se tradidit catho timens infirmis animis hostem securitatem et ydoneum eis tutorem: id est esse timorem. Quarto accedit dilectio que cor sic dispositum. purificatum. et munitum habet gratificare. Sine hac enim ipsa que faceremus deo grata non essent ut habetur ad Cor. iij. Si linguis hominum loquar et angelorum. caritatem autem non habeam: factus sum uelut es sonans etc. Nec etiam ipsa que faceremus quo ad nos sicut



ad nos sicut corpus mortificare et  
 morti exponere. Unde subdit. Et  
 si distribuero in cibos pauperum  
 nec ea que facerem? quo ad nos sic  
 corpus mortificare et morti expo-  
 nere. Unde subdit. Et si tradidero cor-  
 pus meum ut ardeat. Quinto  
 accedit humilitas que habet omnia  
 supra se custodire. Greg. Qui ce-  
 teras virtutes sine humilitate con-  
 gregat quasi qui puluerem ante  
 ventum portat. Est. n. humilitas  
 sicut cinis. fundamentum et radix.  
 Sicut enim cinis custodit ignem  
 materiale: sic humilitas gratiam  
 spirituales. Eccles. v. Quid superbis  
 terra et cinis. Et sicut fundamen-  
 tum quanto magis profundatur tan-  
 to magis ad edificium stabilitur.  
 Et sic arbor quanto radices profundi-  
 us fixerit tanto firmior existit. sic  
 et humilitas quanto fuerit profun-  
 dior: tanto anima in gratia erit soli-  
 dior. Aug. Cogitas magnam fabri-  
 cam construere celsitudinis de funda-  
 mento cogita humilitatis. Arbo-  
 rem attende. quod radicem in imo fi-  
 git: si verticem tendit ad altum.

**Sermo tertius eiusdem.**

**F**ilia mea modo defuncta est.  
 que. Quid significet tres mor-  
 tui quos Christus suscitavit  
 Aug. in li. de sermo. domini in monte  
 Peccati tres sunt differentie. scilicet in  
 corde: in facto: et in consuetudine. Et  
 subdit. Una est quasi in domo. si

cut puella quam in corde consentit libi-  
 dim. alia iam plata extra domum  
 procedit. scilicet vidue filius quam in factum  
 procedit consensus. Tercia quam consuetu-  
 dine mala et terrena premittitur ai-  
 mus. quod tunc in sepulchro est iam  
 fetens sicut lazarus. Quia igitur  
 ista puella signat primam differen-  
 tiam peccati prout est in anima: ideo  
 debet quilibet rogare et dicere.  
 Domine filia mea idem anima mea  
 modo defuncta est. Sed videtur  
 dicitur inter mattheum. marcum. et lucam.  
 Matheus dicit quod filia mortua erat  
 Marcus. quod pater puelle dixit. fi-  
 lia mea iacet in extremis. Luc. v  
 iii. dicitur quod hec moriebatur. Quam  
 vero veniebat ad Christum suppone-  
 bat quod esset mortua et ideo utrumque  
 potuit dicere. et quod dimiserat eam  
 in extremis. et quod credebatur quod esset  
 mortua. Augustinus de concordia eu-  
 angelistarum dicit quod pater puelle  
 volebat quod dominus ad eam veniret quam  
 dimiserat in extremis. ut si non es-  
 set mortua eam sanaret. si vero es-  
 set mortua quod quidem credebatur  
 eam resuscitaret. Matheus igitur po-  
 suit verba mentis. Marcus verba  
 eorum. Per istam igitur filiam de-  
 fundam significat anima per pec-  
 catum mortua. De qua ponuntur duo  
 scilicet status peccationis. et status  
 iustificationis. Status peccationis  
 notatur cum dicitur. filia mea modo  
 defuncta est. Assimilatur autem peccato  
 mortuo expliciti de causa. Primo pro-  
 ter fetorem. Sicut enim mortuus

Luc. vii

Job. xi

Dispositio sermonis

partia principalis

fetet corporaliter: sic peccator spiritualiter. Sunt autem quatuor per que cadaver mortuum magis fetet. scilicet locus: calor: ventus et tempus. **Locus** quando. scilicet cadaver est in loco alto tunc fetor magis diffunditur et signat superbiam que coram deo et angelis fetet. **Psalmus xxxiiij.** De cadaveribus eorum ascendet fetor. Tercium est ventus qui fetorem ad longinquas partes defert et signat de tractionem que semper in ore habet fetorem. **Psalmus.** Sepulchrum patris est guttur eorum. Tunc fetorem ad instar venti defert quando alio defectus refert. Quartum est tempus diurnitas que quanto magis fuerit cadaver diurnum tanto magis fetidum et signat peccatum consuetudinis. **Job. i.** Copulaverunt iumenta in stercore suo. **Secundo peccator assimilatur mortuo** propter oblivionem. **Psalmus.** Oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde. Quia igitur peccator oblitus fuit dei in mundo. **io. de.** obliviscetur eius in inferno. **Osee. iij.** Quia oblitus es legis dei tui: obliviscar tui et ego. Ideo infernus dicitur terra oblivionis. Est enim quedam terra ubi est cognitio apta. scilicet terra iumentum. Alia est ubi est cognitio obscura. scilicet terra peregrinantium. **Juxta illud Cor. iij.** Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc facie ad faciem. Est enim terra ubi est oblivio perpetua. scilicet mortuorum. **Na. de.** eorum obliviscitur quantum ad effectum misericordie. **Job. xxxviii.** Obliviscatur dei mi-

sericordia et ipsi obliviscantur deum quantum ad spem venie. **Mich. i.** De spectata est plaga eius. Unusquisque obliviscit simpliciter propter immensitatem peccati. Unde aristoteles dicitur discipulo suo apparuit dicens quod totam scientiam suam oblitus est nihil aliud sciebat nisi penam suam. Tercio peccator assimilatur mortuo propter remissionem corrosio nem. Habet enim tria genera vermium. Primum est remissus conscientie: qui etiam in inferno non moritur. **Ambrosius.** Rursum pena gravior quam interius vulnus conscientie. nonne hoc magis fugiendum est quam mors quam dispendium quam periculum. Alii vermes sunt ipsa vitia et peccata. de quibus dicitur **Psalmus. xxxiiij.** Inhabitabit lamia et invenit sibi requiem. hoc quantum ad luxuriam. Lamia sic dicitur glosa habet pedes caninos et cetera membra canina. Luxuriosus enim in peccatum incurrit: et sepe ad vomitum redit et maxime quando catulos suos et temptationes suas diversis vicibus nutrit. **Tren. iij.** Seda lamie nudaverunt mammam lactaverunt catulos suos. Sequitur ibi. Habuit foueam eritius hoc quantum ad avaritiam. Eritius namque est animal spinosum et signat avarum propter cupiditates spinosas. dicit enim **ysidorus** de eritio quod eritius semper vitem ascendit et vuas siue totros in terram discutit. postmodum inde descendens super eas involuit se que spinosum undique insiguntur et sic ipse escit.

catulis suis portat Spine auarorum  
 sunt astutie eorum quibus pauperes  
 pungunt per quas etiam bona eorum  
 rapiunt et filiis suis tribuunt. Se  
 quitur. Illic congregati sunt imitui.  
 alter ad alterum. Hoc quantum ad  
 superbos. Mithi enim insidias auibus  
 domesticis et maxime pullis  
 puulis: sic superbus persequitur meli  
 ores se et pauperum bona rapit ut pos  
 sit aliqui melius alios eiusdem mali  
 tie secus adiungere. ideo dicit. alter  
 ad alterum. Alii vermes sunt quedam  
 peccata que nullam habent delectationem  
 sed animam erant: sicut iracundia  
 tristitia. et inuidia. Nam iracundia  
 vitam diminuit. Eccle. xxx.  
 Zelus et iracundia minuunt vitam.  
 tristitia ossa consumit. Pro. xvij.  
 Putredo ossum inuidia. **S**ecundo  
 ponit status iustificationis que signat  
 iusti puelle resuscitatione. Ad resus  
 citationem spirituales quedam cooperantur  
 et quedam ostendunt Cooperantur qui  
 de sanctorum orationes. quod signatur  
 per hoc quod dicitur quod pater qui dicebatur  
 iayrus et interpretatur illuminatus vel  
 illuminatus et signat certum sanctorum  
 quia de illuminati alios illuminant  
 Ps. Illuminatus tu mirabilis a motibus  
 eternis ac. Si enim sancti per pec  
 catoribus orabant dum erant in miseria.  
 multo magis modo dum sunt in  
 gloria. cum eorum caritas non sit dimi  
 nuta sed augmentata. Beati. Orant  
 pro nobis sancti patres quia illa bea  
 ta patria caritate eorum non diminuit  
 sed augmentauit. Sancti etiam dum

2<sup>m</sup> p<sup>m</sup> le.

erant in hac vita de sua salute ad  
 huc erant solliciti et tamen adhuc  
 pro peccatoribus orabant nunc au  
 tem de salute sua sunt securi et ideo de no  
 stra totaliter possunt esse solliciti.  
 Juxta illud. ii. De. Dabo autem ope  
 ram et frequenter habere vos post  
 obitum meum et cetera. Sunt etiam  
 sancti iuxta speculum trinitatis in  
 quo clare vident miseriam nostram  
 penalitatis. et ideo mouentur ad  
 effectum pietatis. Beati. Si sancti  
 viri dum adhuc viuerent miseri  
 sunt peccatoribus: quia pro eis ora  
 uerunt: nunc tanto amplius: quia  
 tomagis nostras cognoscunt mi  
 serias pro nobis orabunt. Secundo  
 videndum est ad illa que disponunt  
 ad spiritualem resuscitationem que  
 quidem sunt tria. Primum est vilitas  
 sue originis cognoscere quod no  
 tatur per hoc quod Christus ad illam resu  
 scitationem assumpsit patrem et ma  
 trem illos scilicet de quibus dicitur  
 Job. decimo septimo. Putredini  
 mi dixi pater meus es et soror mea  
 vermicibus. Talis enim considera  
 tio humilitatem inducit. Michae  
 sexto. Humiliatio tua in medio  
 tui. Ac si dicat. Non solum habes  
 causam humilitatis ex hijs que  
 sunt supra te vbi habes iudicia dei  
 Vnde dicit Psalmista. Iudicia tua  
 abissus multa non solum ex hijs  
 que sunt infra te vbi habes tormen  
 ta inferni. Eccle. vij. Humilia valde  
 spiritum tuum quoniam vindicta  
 carnis impij ignis et vermes. Non

solū ex hīs que sunt iuxta te vbi  
habet pericula mūdi. Job. v. Mū  
dus totus in maligno positus est  
Sed ex hīs q̄ sūt iuxta te et in me  
dio tui. Sapi. v. Corp⁹ qd̄ corūpi  
tur aggrauat animā. Secundum  
dispositiū ē gaudiū excludē. qd̄  
notat p̄ hoc q̄ xps̄ iussit excludē  
carnē lugubre et tibi cines catan  
tes. Carnē lugubre ē gaudiū mū  
di. Amos. iij. Constatam festiuita  
tē vestrā in lamentū et gaudiū ve  
strū in ludū. P̄ns enī vita est exi  
tū et stadiū vt sic de vigilia venia  
tur ad festū eterne solēnitatis. De  
exilio ad patriam celestis heredita  
tis. de stadio ad otū eterne quie  
tis. S; mali faciūt festū de vigilia  
de exilio patriā. de stadio otium.  
Et in futuro semp̄ erūt in vigilia:  
q̄ semp̄ erūt tristes et ieiunantes  
semp̄ in exilio: q̄a a celesti patria  
semp̄ erūt exules. semp̄ in stadio  
q̄ de pena in penā semp̄ erunt cir  
rentes et in tormentis laborantes  
P̄s. Labābunt in eternū et inēt  
adhuc in finē. S; beati semp̄ erūt  
in leticia et quiete eterna. Tertium  
dispositiū est turbatū tumultu  
vitare qd̄ signat p̄ hoc q̄ christ⁹  
turbā eiecit. Seneca socrati et cice  
romi dixit q̄ honestate; discuteret  
dissimil. Idē. Quo hēs euz homini  
b; habitau. minor homine redij.  
Interrogatus quidā phus quid  
eēt homini inimicissimū. rēdet al  
ter homo. Inuita patrū dicit qui  
dā senex. Quādo moyses itrabat

in nube loquebatur cū deo quādo  
eribat loq̄batur cum populo Sic  
monach⁹ q̄n̄ est in claustrō loq̄t̄  
cū deo q̄n̄ erit ad turbas loq̄tur  
sepe cū dyabolo. (Tercō vidēdū  
est q̄ sūt illa q̄ oñdunt resuscitati  
onē eē verā. Que quidē sunt tria p̄  
mum est velox resuscitatio. fanta  
stice enī et magice resuscitati nō sur  
gunt velociter: sed modo mouēt  
pedes. modo manus. mō caput. Illi  
vero qui veracit̄ resuscitantē cōtinuo  
surgūt. ideo dicitur de ista puella  
Luc. viij. Surrexit continuo. Et de la  
zaro. Job. xi. Stati p̄iit qui erat  
mortu⁹. P̄am̄ habet caput. s. ma  
lam suggestionē et sensū. Habet  
manū. s. malū opus. Habet pedes  
s. malam consuetudinē. quādo quis  
de pctō in peccatū currit. Prou. p̄.  
Pedes eoz ad malum currūt. Sūt  
igitur quidā qui pctm̄ dimittūt  
quantū ad consuetudinē: q̄ nō ita  
sepe peccāt: illi resuscitantur in pcti  
bus. Deinde dimittunt opus isti  
resuscitantur i manib⁹: tandē dimit  
tūt consensū isti resuscitantur in capi  
te. S; qui veraciter resuscitantur stati  
dimittunt peccatū quantū ad con  
suetudinē: quantū ad opus q̄n̄  
tum ad consensum et suggestionem  
Secundum signū est fortis ambu  
lacio. fantastice enim resuscitati nō  
possunt ire nisi p̄ aliquos passus  
dicit enim petrus alfonti⁹ q̄ non  
possunt ire nisi tantū quantū p̄ce  
dit ombē corpis sui. Veracit̄ ei su  
scitati vadūt libere sic prius vt at

ostendatur q̄ ista puella fuit ve  
 raciter suscitata dicitur Math. v.  
 Confestim surrexit puella a abu  
 lauit. De lazaro dixit dominus Sol  
 uite eum: a fomite abire. Sūt aliqui  
 qui aliquos passus tantū fatiūt.  
 ffatiunt eivnum passuz cū fatiūt  
 aliq̄ opa d̄ genere bonoz ffatiūt  
 aliu; dum hñt aliq̄ tō pposita cor  
 diam. ffatiunt aliū dum peccata  
 dimittunt quantū ad extrinsecū  
 sed illi qui vere suscitantur nō fati  
 unt passus sed dietas Vna dieta  
 est oritio cordis. alia c̄fessio oris  
 tertia satisfactio operis. Exod. iij.  
 Ibi m̄ viam trium dierū in deser  
 to vt immolem? d̄ nostro Ter  
 tium signū ē manducacō qz sicut  
 dicit Math. Iussit d̄ puelle dari  
 māducaē. Magi em̄ in nigroman  
 tia quosdā caracteres sub antillis  
 mortuo pponunt: a fatiūt eos ali  
 quantulū ābulacō a aliq̄ verba di  
 cere: s̄ nō pñt facere vt māducent.  
 Cib⁹ quando manducaē primo  
 masticaur. deinde ad stomachuz  
 dirigitur. ibiq; digestus ad mem  
 bra deriuat a sic incorporatur Ille  
 igitur est vere suscitatus q̄ māda  
 ta p̄ meditacōes masticat a ea in  
 stomacho memorie recondit p̄ re  
 cordacōnēz incorporat p̄ operatio  
 nem.

Sequitur dominica. xxv.

Sermo primus.

**Q**um subleuass; ihesus  
 oculos a vidiss; qm mul  
 tudo maḡ veit ad euz  
 ac. Job. vi. Sicut dicit  
 Aug. sup Job. lras pulchras a  
 bn̄ formatas alie laudat ille q̄ ne  
 scit litteras. alie ille q̄ nouit. Nam  
 pri⁹ laudat figuraz pulchritudi  
 ne. ali⁹ sensus pfūditate. Sic etiaz  
 laudat alie pictura alie scriptura  
 Nā tō laus picturē ē d̄ deo ē exteio  
 ri. laus at̄ scripture ē marie in se  
 su interio. Eodez mō miracula p̄ ex  
 teri⁹ p̄tendūt amiraōnē vñ puu  
 li edificent. Interi⁹ p̄tinēt m̄stia  
 vñ p̄fē exerceat. Vñt ei ipsa mi  
 racula vt ibidē dicit Aug. liguas su  
 as Nā qz xps ē dei verbū iō vbi fa  
 ctū. nob̄ ē v̄bū. Misticē ḡ loq̄ndo  
 xps i h° euāgelio q̄druplicē geit  
 p̄sonā. Primo p̄is miserētis i h°  
 qz oculos s̄bleuauit a turbā respe  
 xit. Resp̄cūs ei ille signat resp̄cū  
 p̄ne mie que resp̄ctuz petebat p̄  
 pheta dicens. Respice in me a mi  
 serē mei. Q̄o miserē p̄ filioz  
 suoz miserē ē dñs timētib⁹ se ac.  
 Et subdit triplicē causā q̄re sic mi  
 serē. Vna sumit a p̄te p̄ncipij. s. de  
 q̄ vili a fragili materia fā sum⁹:  
 iō dicit. Quoniam ipse cognouit  
 figmentum nostrum. Secunda  
 sumitur a parte finis. qz. s. in cine  
 rem redigemur. iō dicit. qm pul  
 vis sum⁹. Tercia sumitur a parte

bono sermo.

pm⁹

120.